



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

15. Feria 2. Domin. 1. Epiphan. De obediendi neceßitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Conf.* 3. Quibus odijs inobedientiam velim persequi? 1. eam, quæ est respectu DEI, & Superiorum. 2. respectu rerum. 3. respectu mundi: quia suprema inobedientia est Deo in levibus, intolerabilis autem, quæ ex contemptu. Deinde quibus amoribus velim prosequi Superiorem etiam errantem, etiam malum, resque à Superiore præceptas, consilia, inclinationes ad ardua? quòve modo, quâ voluntate, & judicij subjectione, quam promptè, fortiter, humiliter, celeriter, perseveranter: & quo fine, atque conformitate cum DEO, reverentiâ, gratitudine, imitatione Christi, docentis admirabilem in SS. Eucharistia obedientiam, atque exercentis?

MEDITAT. XV.

*Feria 2. Domin. 1. Epiph.*

*De obediendi necessitate.*

**A**spiciam D. IESUM viam obedientiæ præeuntem. Petam eum imitari.

*Conf.* 1. Necessitatem obediendi ex natura deduci humana, quæ sine societate consistere nequit, societas autem sine conjunctione voluntatum, & hæc sine unione iudiciorum non consistit: sicut nec inter eos, qui privatis commodis facta, consiliaque suametuntur, humana societas est durabilis.

Unì igitur alicui è primis gubernatio dan-

B

da,

da, uni voluntates reliquæ subijcienda mobi  
 hæc ratio est ex parte hominum, quos, ut imper  
 te liberos, nemo ad subjectionem, nisi solo h  
 licas inde manans, cogere poterat. rent f

*Conf. 2.* Cùm innumera, quibus exp aut u  
 sumus pericula, viribus providentiâque num  
 strâ evadere non possimus: fluida enim  
 natura humana, omne autem humi  
 malè terminatur in proprio, bene in ali  
 sine quo semper diffluet. Cæcutire circa In ob  
 na longè est periculosissimum, plus au  
 plures vident uno. Artifex nisi animo A S  
 uat exemplar, errabit à regula: hæc au d  
 regula, & oculi, & exemplar, & extre ratem  
 solidum est Deus, ad cuius similitud Co  
 factus homo per ejusdem voluntatem di rat  
 mari, & per efficax auxilium liberari de forma  
 quod fit per obedientiam: Deus enim obedi  
 in mensura, numero, & pondere disponit resiste  
 igitur ordinem, ordo autem in conceptu saltem  
 includit obedientiam. anima

*Conf. 3.* Nisi velim periculosius, quàm habet  
 nas naufragari, juxta illud Orig in c. 8. M berna  
*Soli homines Deo resistunt, & ideo in judicio quide*  
*mnabuntur* Subijciam me illi potestati, state  
 nixus superior, quod ordinat, est voluntas in ob  
 necessario sancta: quæcunque itaque ca quire  
 cam inferunt, bonæ sunt; quæ ei obfistat Co  
 malæ. Nolo esse sicut naues onerariæ a das,  
 mo

cienda mobiles, vel paralytica membra ad capitis  
quos, ut imperium immota; sed sicut globi sphaerici  
a, nisi solo halitu mobiles: nec patiar, ut me supe-  
rent famuli, ad fores Dominorum exebantes,  
us exp aut universim homines, propter utile terre-  
tiaque num pessimis quibusque se subijcientes.

MEDITATIO XVI.

Feria 3. Dom. 1. Epiph.

*In obediendo rationem spectans & non  
auctoritatem, tollit e mundo obedientiam.*

**A**spiciam Dominum IESUM in obedi-  
do non rationem spectasse, sed auctori-  
tatem. Petam eum imitari.

*Conf. 1.* Inobedientem esse, qui obedi-  
di rationem quarit: quia pereunte ratione  
formali Virtutis perit virtus: ratio formalis  
obedientiae est potestas Dei in superiore, cui  
resistentes damnationem sibi acquirunt, vel  
saltem obedientiae virtutem perdunt, viles  
animae, subijcientes se Praelato, quem non  
habent loco Christi, in quo semper Deus gu-  
bernans spectandus est, quia excepto peccato,  
quidquid Superior ordinat, nunquam pote-  
state sua excidit. Errant igitur, qui rationem  
in obediendo spectant, sicut erravit, qui re-  
quirebat Genes. 3. *Cur praecepit vobis Deus?*

*Conf. 2.* Sicut phantasiae, si paululum ce-  
das, mirum quantum illi accedit audaciae: